omnes codices suos ad apl̄os attulerunt
Et incensi sunt libri tam multi. ut pertinerent ad scriptorem estimationē eorum
facere. et summam pretii conscribere.
Hoc utiq; propter gl̄am dī. ne tales etiam
ꝑditi desperarentur ab illo qui nouit querere quod perierat. Perierat ergo iste. nc̄
quesitus. inuentus adductus ē. Portat
secum codices incendendos ꝑ quos fuerat incendendus. ut illis in ignem missis.
ipse transeat ad refrigerium. Sciatis tamen fr̄s eum olim pulsare ad ecclesiam
ante pascha. Ante pascha enī̄ cepit petere de ecclīa xpī medicinam. Sꝫ quia talis ars ē in qua exercitatus erat que suspecta eēt de mendatio. atq; fallatia dilat̄
ē ne temptaret. et aliquando tamen
admissus ē. ne periculosius temptaretur. Orate pro illo ꝑ xp̄m. prorsus hodiernam precem. pro illo fundite dn̄o
dō nr̄o. Scimus enim et certi sumus.
quia oratio ur̄a delet omnes impietates eius. Dns uobiscū amen. Explicit
de psalmo quinquagesimo (sexa) xi. (primo) incipit
de psalmo quinquagesimo (sexagesimo) duodecimo (secundo).

Propter eos qui forte adhuc rudes
sunt ad nomen xpī. quia undiq;
colligit. qui pro omib; dedit sanguinem suū. dicendū ē paucis quod et
illi libenter audiant qui nouerunt.
et discant qui non nouerunt. Psalmi
isti quos cantauimus ante quā dns
nr̄ ihc xp̄c natus eēt ex uirgine maria.
spū dī dictante dicti et conscripti sunt
Fuit enī dauid rex in iudeorum gente.
que gens una colebat unum dm̄. qui
fecit celum et terram mare et omnia
que in ipsis sunt. siue que uidentur.
siue que non uidentur. cetere autē
gentes aut idola colebant. que manibus suis fecerant. aut creaturam dī.
non ip̄m creatorem. idē aut solem. aut
lunam. aut stellas. aut mare. aut
montes. aut arbores. Hec omnia enī
ds̄ fecit. et laudari se uult in illis. non
illa coli pro se. Ergo in ipsa gente iudeorum dauid rex dauid fuit de cuius
semine natus ē dns nr̄ ihc xp̄c ex maria uirgine. quia de illo ducebat genus uirgo maria que peperit xp̄m.
Et dicti sunt isti psalmi. et prophetabat̄
in eis xp̄c uenturus post multos annos.
et dicebatur ab illis ꝓphetis qui fuerunt
ante quam dns nr̄ ihc xp̄c de maria
nasceretur. quicquid futurum erat
temporibus nr̄is quod modo legimus
et uidemus. et multum gaudemus
quia spes nr̄a predicta ē a scīs. et qui
illud non uidebant impletum. in spū
futurum uidebant. Et nos modo legimus et audimus a lectorib; disputam̄
illa. et quomodo sunt in scripturis. sic
ea uidemus impleri ꝑ totum orbem terrarum. Quis inde non gaudeat. quis
non et ea que non dum uenerunt
uentura speret. propter illa que iam
tanta impleta sunt. Modo enī fr̄s
uidetis. quia totus mundus tota t̄ra.
omnes gentes. omnes regiones currunt ad nomen xpī. et credunt in xp̄m
Certe uidetis hoc. quomodo ubiq; euitantur uanitates paganoꝝ. Uidetis
hoc. manifestum ē uobis. Numquid
et hoc de libro uobis legimus. et non
ante ur̄os oculos fit. Hoc ergo totū
quod uidetis ante oculos ur̄os fieri
scriptum ē ante immensa uolumina annorum ꝑ istos quos modo legim̄.
quando iam ista impleri uidemus.
Sꝫ quo scripta sunt et illa que non dū
uenerunt. quia dns nr̄ ihc xp̄c rex
uenturus ē ut iudicet qui primo uenit ut iudicaretur. uenit enī primo
humilis. postea uenturus ē excelsus.
uenit ut ostenderet exemplū patientie. postea uenturus ē ut pro meritis iudicet omīs. siue bonos. siue malos. quia ergo non dum uenit hoc
quod speramus. uenturum scilicet
xp̄m iudicē uiuorum et mortuoꝝ.
debemus illud credere modicū quod
restat. Uenturum eē credamus. quando iam uidemus tanta que tunc
futura erant. modo compleri. Stult̄
ē enī qui non uult credere pauca
que restant. cū uideat tam multa
impleta eē. que tunc non erant
quando ꝑdicebantur. Psalmus ergo
iste dn̄i nr̄i ihu xpī dicit̄ ex ꝑsona.
et capitis et membroꝝ. Ille enī un̄

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_214/0072